Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et iterum dicit. Uigilate & expergiscimini dormi-
entes; Et iterum scriptum est; Ecce ego ape-
riam monumenta uestra. & eiciam uos; Quidam
principes hereticorum errauerunt a uita.
& uerterunt dulcedinem in amaritudinem
animarum suarum. & mentem mundam fidelium
perturbauerunt & iniuriauerunt. Et ex his conpunc-
tus est theodosius imperator. & lugebat & contrista-
batur. & indutus est sacco; Et sedit in inte-
riore cubiculo; Et haec aspiciens misericors
dominus nolens perdi quemquam de uia ueritatis.
sed uolens dare consolationem cordibus in
luctu constitutis & reuellare spem uitae
in resurrectione mortuorum; In illo tempore
ut per ipsos adferatur spes resurrectionis. &
soluatur scandalum ecclesiae. & eleuet fabricam
eius. Et reprehensibilibus hereticorum tribulan-
tium eam. & inluminet in nos lumen praeclarum;
In diebus autem theodosii imperatoris cum perfectus
esset fidem patrum suorum. misit dominus in corde
dalii domini montis in quo fuit spelunca.
ubi iacebant sancti requiescentes. ut aedificaret